

vero pro salute vivorum videlicet ‚Praetende domine‘ collectas imponere debet; quae quatuor missae eo modo sic celebrari debeant, ut ipse oculus decani et vicarius praefatae vicariae seu oculus praepositi inter se componant, ut singulis diebus missa in eodem altari celebretur, et quod non uno die ambo huiusmodi eorum iniunctum officium impleant contra nostrae institutionis voluntatem, ad quas quatuor missas etiam sic celebrandas ipse oculus decani et sui successores luminaria disponent. Procurabit insuper idem oculus decani luminare cereum de talento uno in anniversario validi Johannis de Schonberg iunioris, quod ab ipsis vigiliis usque in mane post requiem ardet. Item singulis sextis feriis quando cantatur ‚Salve regina‘ in choro Misnensi post completorium duos cereos in altari sanctae crucis ponat et accendat aut ardere faciat. Item sexdecem gr. praedicatori in summo qui pro tempore existit persolvat, ut singulis diebus dominicis et festivis cum sermonem ad vulgum fecerit pro animabus parentum progenitorum et omnium ex genealogia de Schonberg defunctorum populum exorare deum sollicitet et incitet. Item a tempore et die, qua stuba communis dominorum in nova domo calefieri incipiet usque ad pascha, omni sero hora sexta vel quasi unum lumen sepium, quod ad horam lucere poterit, et de mane similiter post matutinas unum pro horis persolvendis aut aliis negotiis et actibus legitimis exercendis et pro communi utilitate dominorum inibi convenientium disponent et providere debet. Quos quidem census sic per nos emptos et praefatae vicariae unitos datos et appropriatos in ecclesiasticam recipimus libertatem foroque ecclesiastico in posterum volumus subiacere per praesentes, invasores vero, distractores aut praedictorum quovismodo alienatores tamquam sacrilegos multandos plectendosque fore praesentibus promulgamus etc. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Si quis autem etc. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini etc. septuagesimo die septima mensis Augusti.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.
Ursinus Gesch. d. Domkirche S. 255.

No. 1135. 1470. 7. Aug.

B. Dietrich beurkundet, dass er als Domprobst (cum adhuc praepositura Misnensis nos foveret ad laudem dei omnipotentis, gloriosissimae Mariae virginis ac omnium sanctorum et in salutem parentum, amicorum et omnium consanguineorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum refrigerio) zu dem in der Sacristei der Domkirche längst errichteten Altar aller Heiligen 4 Schock 6 Gr. guter Freiburger Münze jährl. Zinsen gekauft hat (1 Schock 36 Gr. in Lenz, Newndorff und Milwicz [Lenz, Naundorf, Milbitz bei Grossenhain], die der Procurator des Capitels zu Walp. und Mich. zu zahlen hat, 1 Schock Gr. von den Gütern des Hans Lanthere in Czuckewicz [Zitzschewig] zu Mich., 1 Schock Gr. von Nic. Schenkel in Dresden zu Joh. und Weihn., 30 Gr. von Jocoff Meister in Buckedorf [Boxdorf] zu Mich. u. Walp. zahlbar), welche der Subcustos Sacristarius empfangen soll, damit er wöchentlich mindestens drei Messen (duas iuxta temporis exigentiam aut divinam influentiam, tertiam vero pro defunctis de genealogia nostra et omnibus fidelibus) lese oder lesen lasse und die dabei brennenden Lichter besorge. Indem B. Dietrich diese Schenkung und die daran geknüpften Verpflichtungen bestätigt, ertheilt er diesen Zinsen die Rechte der Kirchengüter und verfügt, dass bei eintretendem Wiederkaufe derselben das